Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



372

149

XXI

angustia. an persecutio. an fames. an nuditas. an pe
riculum: an gladius. Sicut scriptum est. Quia
propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut
oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter
eum: qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neque
mors. neque uita. neque angeli. neque principatus. neque
uirtutes. neque instantia neque futura. neque fortitu
do. neque altitudo. neque profundum. neque creatura
aliqua potest nos separare a caritate dei: que est in xpo
Nullo t.d.d.i.d.s. S. Johem. Ihu dno nro.
Hec mando uobis: ut diligatis inuicem. Si mundus
uos odit. scitote quia me priorem uobis odio habuit.
Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret
Quia uos de mundo non estis. sed ego elegi uos
de mundo: propterea odit uos mundus. Memento
sermonis mei: quem ego dixi uobis: non est seruus ma
ior domino suo. Si me persecuti sunt: et uos persequent
Si sermonem meum seruauerint: et uestrum seruabunt
sed hec omnia facient uobis propter nomen meum: quia
nesciunt eum qui me misit. Si non uenissem et locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem
excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: et pa
trem meum odit. Si opera non fecissem in eis que
nemo alius fecit peccatum non haberent. Nunc autem